

noch dem 9. Jahrhundert entstammt, wenn auch die Schrift eine viel jüngere ist, so dürfte man vielleicht an den Bischof Engilmar von Passau (874—899) denken, wofern dieser etwa vorher irgend einem Kloster als Abt vorgestanden haben sollte.

V.

Am Schlusse einer schönen Vergilhandschrift des 10. Jahrh. Vatic. 1570 zu Rom folgt f. 154 nachstehende Widmung des Schreibers aus dem Kloster Flavigny, welche von Bethmann (Arch. XII, 228) zuerst erwähnt durch Hr. Dr. Mau für mich abgeschrieben wurde.

‘Inenarrabili alacritate preuentus ego Rahingus monachus ex Flauiniaco monasterio leuitaque simul exigente omnium utilitate fratrum publicę rei dum fungerer officio, malui colligendorum librorum studio mancipari, quam otio desipiscens torpere¹⁾ ignauię simulque aliis meam prodere insitiam, ut, quando forinsecus actio carnalium siue labilium augebatur curarum, multo magis intrinsecus spiritalium semperque mansurarum auementaretur providentia rerum. Et quoniam inopiam quorundam absentium uoluminum praeuidebam adfuturam pene deficientibus scriptoribus, qui se huic operi cum sedulitate intermiscere uellent²⁾, tum ego adhibita omni celeritate meorum uirium percontatus sum memet huiusmodi interserere officio, ne quando studium peritię pondere praegrauaretur³⁾ insitię. Hoc quoque intuitus characterum praesentis libri cunctis ostentat aspicientibus. Quem ego deuoueo deo et sancto Petro perpetualiter perman-surum per multa curricula temporum propter exercitium degentium puerorum laudemque dei et apostolorum principis Petri. Definitius autem uisum est michi hunc codicem carminum Virgilii poetę hoc in loco seruari iugiterque in eo quę necessaria sunt meditari, quam a quoquam fraudulenter alienari. Quia si fecerit, in die magni iudicii damnationem sui reatus sumet eternam. Tu uero, studiose lector, quicumque hoc perspexeris, memento mei et dic: ‘A porta inferi erue, domine, animam famuli tui Rahingi’.

Carmina Virgilii⁴⁾

Omnipotens eterne deus, qui lumina Phoebi

Conspicis ex solio, undique celicolis

Septus habire iubes celerem per secula et ipsum,

Quo reseret clausis lumina habunda simul,

5 Abdicet atque procul tenebras clarumque refundat

Omnibus ipse diem, lumine ne careat

Mox factura sui de lumine condita Christi.

Temporibus lunam tu gelidam socias,

Sentiat umbrosis tua lumina uultibus orbis

1) ‘ere’ auf Rasur.

2) ‘ent’ abgerieben.

3) ‘praegraueretur’ Hs.

4) ‘ii’ abgeschnitten.